



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

57 Degradatio est duplex, verbalis, & actualis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tentiam rēdeat ad fidem , & dummodo non sit relapsus , quia redeundo recuperat beneficium , & bona , secus autem , si post sententiam , quia tunc non sine A. 57 postolica dispensatione , ut post Dom. Imol. tenet Franc. in cap. ut commissi pro pēsin. de heret. in 6. quem refert. Pegna. 3 par. Direct. comment. 13. vers. sed dominicas.

54 ¶ Redeentes autem ad Ecclesiam recuperant bona quasi iure postliminij, arg. tex. in l. si quis forte, & tot. tit. C. de post lim. rever.

55 Tertia poena , ¶ quam clericus hæreticus patitur , est quod bona ejus publicantur , & si habet ecclesiam , eidem ecclesiae , à qua stipendia receperat , applicantur , si enim clericus in pluribus ecclesiis diversos redditus receperit , pro rata inter easdem sunt dividenda , c. excommunicamus , primò , §. damnati verò juncta gloss. in ver. stipendia. & ibi Butr. extr. de heret. & Diaz. eod. c. 106. circ. med. Si autem nullam habet ecclesiam , puto quod in pios usus sint applicanda per Episcopum distribuenda. Abb. in dict. cap. excommunicamus ante num. 1. quem sequitur Anna. colum. 2. de heret. & Diaz dict. c. 106. ubi supra , & vers. quia ille natus.

56 Quarta , ¶ quod post abjurationem est perpetuò carceri mancipandus , & constitutus in sacris , degradandus , ut c. 1. de heret. in 6. Et hoc casu solus Episcopus , adhibitis tamen totidem Abbatibus usum mitrae , & baculi , ex privilegio Apostolico habentibus , si in civitate , aut dioecesi reperi , & commode interesse possint , aliquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis , quae aetate graves , ac juris scientia commendabiles existant , ad degra-

dationem procedere potest , dict. capit. 1. & Concil. Tridentin. cap. 4. de reform. sess. 13.

Degradatio ¶ autem est duplex , verbalis , & actualis , ut c. degradatio , de pœn. in 6. & Pegna eodem Direct. comment. 45. vers. ex his colliges par. 3. Verbalem depositio- nem facere potest non solum Episcopus , sed etiam Vicarius , qui potest contra clericum sententiam promulgare , illum pluri- bus gravibus de causis ordinum ministe- rio , sive executione privando , qua est ver- balis degradatio , aut potius depositio vo- catur , ut animadvertisit Jul. Clar. in sua pract. crim. quest. 74. & declarat Pegna. eo- dem comm. 45. vers. ex his , & vers. actualis autem , & sentit. Felyn. in cap. at si clericis , circa fin. de jud. Propriè verò actualis de- gradatio in crimine hæresis locum habet. Clar. in pract. crim. ubi supra , quia ordina- tus tunc actualiter , & personaliter priva- tur , exsultur , & isolatur ordinibus ecclæ- siasticis , Pegna eodem. vers. actualis autem : Et ex dispositione antiquorum canonum in degradatione Episcopi , duodecim Epi- scopi ; in degradatione presbyteri sex ; & in degradatione diaconi tres Episcopi requi- rebantur : ut in c. si quis tumidus , cum duobus sequ. 15. quest. 7. & gloss. in cap. 1. de heret. in 6. Qua autem forma fiat degradatio , trad. tex. in dict. cap. degradatio , de pœn. in 6. & melius habetur in Pont. Rom. in quo ad litterā omnia requisita leguntur. Hæc au- tem degradatio actualis non Vicariis , aut aliis inferioribus , sed ab habentibus digni- tatem Episcopalem tantum fieri potest , juribus supra allegatis.

58 Quintam ¶ pœnam incurunt hæretici , qua traduntur curiæ seculari , si sunt re- lapsi aut hæresiarchæ ; de quibus Ecclesia

P pp non